

135

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Polonia, Magnus Dux Lithvania, Prussia, Masovia, Samogitia,
Kiiovia, Volhynia, Podolia, Podlachia, Livonia, Smolenscia, Severia, Czerniechoviaq', nec non
Hereditarius Dux Saxonia et Princeps Elector.

Significamus presentibus Literis Nostriis quorum interest Universis et Singulis. Omnes quidem bonarum Artium Literarumq' Cultores, praesertim vero eos, quorum Studia ad publicam Patria Utilitatem collimant, Singulari complectimur benevolentia. Cum igitur Cura et labore Religiosorum Scholarum Piarum prepararetur luci Publicae Codex Diplomaticus Regni Poloniae, seu Collectio Omnium Tractatum Regni cum Exteris: Decere bonitatem et equitatem Nostram duximus: ut Intentionem et industriam Auctoris egregiam, Opusq' ipsum pro usu et commodo Publicae non utilitatis tantaxat, verum et maxime necessarium, disertò Gratia et benevolentia Nostra prosequeremur testimonio: Illudq' Typis Publicis quantocumque mandari non modo libenter concederemus, sed quod rei praestantia à Nobis exposcit, etiam optarem; Prout quidem prosequimur, Concedimus atq' optamus presentibus Literis Nostriis. Edicentes, atq' prohibentes: ne quispiam alius, qui non sit ex prelibato Scholarum Piarum Instituto, Opus Similis Argumenti et Materiae, idq' sive in toto, sive in parte, Typis Publicis excudere audeat, tam in Regno Poloniae et M. D. Lithvania, annexisq' Provinciis quam in reliquis Dominis et Ditionibus Nostriis Hereditariis, sub multa Mille Aureorum Hungaricorum, ceterisq' penis, contra Convulsorem Mandatorum Nostrorum Lege Publica Sancitis. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Ordinarius Librorum Censoribus, et Typographis ad Notitiam deducentes, Mandamus quatenus praemissa et Ipsi observent, et ab aliis observari faciant, sub penis Similibus contra se extendis, et pro Gratia Nostra Regia. In quorum fidem presentes Matri Nostriam subscriptas, Sigillo Regni communi iussimus. Datt. Varaviae Die X. Mensis Decembris Anno Domini MDCCCLIV. Regni vero Nostri XXII Anno.

Augustus Rex



Privilegium Religiosorum Scholarum Piarum pro
imprimendo Codice Diplomatico Regni Poloniae
Dah

Joannes Hopowski Canonici Cathedralis Semi-
brad. S. R. M. Sigilli Regni Secretarius
offa

1754 Xbra 10

Papierowy Pro Codex Diplomaticus

Profancellariatu

Illmri Excellmri ac Lmri Dni Michaelis Comitis
de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Ca:
coriensis, Abbatis Commendatarii Cervenensis
et Clara Turbe, Profancellarii Regni.

Sigillatum

Ad Acta Metricae Regni Cancellariae
Minoris sub Actu Varsaviae Feria Quinta
post Festum Immaculate Conceptionis
B. M. V. proxima Die scilicet Duode:
cima Mensis Decembris Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Quingua:
gesimo Quarto Inducto suscepto et in:
scriptum.

Juanes Stuminski Metricus
Regni Praefectus & Rector
Secretarius



RKP 1223/72

431